





BIBLIA SACRA



*Diliges
DOMINUM
DEVM
TUA.*



*Et Pro
ximum
tuum
sicut
teipsum
Mat. 22*

COLONIE AGRIPPINE,
Sumptibus Balth. ab Egmond et Sociorum.
MDCXXVI.



BIBLIA

SACRA,


VVLGATÆ

EDITIONIS,

SIXTI QVINTI

PONT. MAX.

authoritate recognita.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Apud Balthasarum ab Egmond.

M. D. C. LXVI.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

IN multis magnisque beneficiis, quæ per sacram Tridentinam Synodum Ecclesie sue Deus contulit, id in primis numerandum videtur, quòd inter tot Latinas editiones Divinarum Scripturarum, solam veterem ac vulgatam, quæ longo tot sæculorum usu in Ecclesia probata fuerat, gravissimo Decreto authenticam declaravit. Nam, ut illud omittamus, quòd ex recentibus editionibus non pauca ad hæreses hujus temporis confirmandas licenter detorta videbantur: ipsa certè tanta versionum varietas atque diversitas, magnam in Ecclesia Dei confusionem parere potuisset. Iam enim hac nostra ætate illud ferè evenisse constat, quòd sanctus Hieronymus tempore suo accidisse testatus est, tot scilicet fuisse exem-

Præf. in
Iosue.

LIBER GENESIS,

Hebraicè BERESITH.

CAPVT PRIMVM.

De mundi creatione, rerum creaturarum distinctione & ornatu, deque hominis formatione, cui subiacit Deus omnia quæ creauerat.

- 1 **I**N principio creauit Deus cælum Psal. 32.6.
& terram. 135.5.
- 2 Terra autem erat inanis & uacua, & tenebræ erant super faciem abyssi: & Spiritus Dei ferebatur super aquas. Eccle. 18. 1. 17.14.
- 3 Dixitque Deus: Fiat lux. Et facta est lux. Hebr. 11.3.
- 4 Et vidit Deus lucem quod esset bona: & diuisit lucem à tenebris.
- 5 Appellauitque lucem Diem, & tenebras Noctem: factumque est vespere & manè, dies unus.
- 6 Dixit quoque Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum: & dividat aquas ab aquis.
- 7 Et fecit Deus firmamentum, diuisitque aquas quæ erant sub firmamento, ab his quæ erant super firmamentum. Psal. 135.6. 148.4.
Et factum est ita. Jerem. 10.12.
- 8 Vocauitque Deus firmamentum, 51.15.

A

Cælum